FORMAE VRBIS ROMAE ANTIQVAE

ACCEDIT

NOMENCLATOR TOPOGRAPHICVS

EDITIO ALTERA AVCTIOR ET EMENDATIOR

H. KIEPERT ET CH. HVELSEN

FORMAE
VRBIS ROMAE ANTIQVAE

DELINEAVERVNT

H. KIEPERT ET CH. HVELSEN.

ACCEDIT

NOMENCLATOR TOPOGRAPHICVS

A. CH. HVELSEN COMPOSITVS

EDITIO ALTERA AVCTIOR ET EMENDATIOR

BEROLINI
APVD D. REIMER
(E. VOHSEN)
MDCCCCXII.

TYPIS J. J. AUGUSTINI, TYCHOPOLI.

Praefatio editionis prioris.

Urbis Romae antiquae imaginem optime et commodissime ita adumbrari, ut rudera antiqua pingantur una cum ichnographia aedificiorum quae nunc sunt, nemo peritus negabit. Eiusmodi formam modulo satis magno delineavit ante hos sexaginta et quod excurrit annos Ludovicus Canina (*Pianta topografica di Roma antica;* primum edita a. 1830, iterum a. 1842, tertium a. 1850; modulus est 1 : 5000), quo opere quantum incrementum his studiis allatum sit, exponere supervacaneum videtur. Quicumque post Caninam urbis integrae imagines proposuerunt, quodammodo ab eo pendent, licet in singulis multa mutaverint, cum recens reperta inserenda, aedificiorum nomina, de quibus ille non raro erravit, corrigenda, falsa et arbitraria haud pauca resecanda essent. Sed ichnographiam Caninae quamvis pro illis temporibus omni laude dignam, hodie minime satisfacere consentaneum est: multas enim easque gravissimas res edocti sumus non solum virorum doctorum opera, qui scripta vetera monumenta titulosque accuratius perscrutati sunt, sed praecipue effossionibus inde ab a. 1870 plurimis locis in urbe institutis. Opus igitur diu exspectatum atque desideratum ab omnibus quibus antiquitatis Romanae studia cordi sunt Rodulphus Lancianius in publicum edere nuper aggressus est, formam scilicet veteris novaeque Romae maximo modulo exaratam, quam primariam et omnium quae postea edentur formarum fundamentum futurum esse iure praedicaveris*).

Opus tamen a Lancianio coeptum ita vastum est, ut multum temporis elabi necesse sit, antequam absolvatur: et si aliquando absolutum erit, propter pretium haud exiguum in paucorum manus perveniet. Praeterea Lancianius id potissimum sibi proposuit, ut rudera sive hodie extantia sive a peritis architectis olim delineata graphice repraesentaret: quae rudera cum ad imperatorum aetatem fere omnia spectent, in Lancianii tabulis nomina permulta desideres quae ad antiquiorum temporum historiam magni momenti sunt (v. quae exposuit Huelsen *Rhein. Mus.* 1894, 381 sq.). Quae cum ita sint, non inutilem operam nos impensuros esse credidimus, cum Urbis Romae antiquae formas in usum eorum praecipue virorum doctorum qui historiae et litteris Romanis student delineandas curaremus. Itaque urbis imagines duas alteram qualis fuit ante Augusti aetatem alteram qualis fuit imperatorum temporibus separatas proponere visum est:

*) Operi inscriptum est: *Forma Urbis Romae;* consilio et auctoritate Regiae Academiae Lynceorum formam dimensus est et ad modulum 1 : 1000 delineavit Rodulphus Lanciani Romanus. Mediolani, Fasc. I. 1893. II. 1894. III. 1895. — Opus integrum complectetur tabulas 46 magni moduli (m. 0,90 × 0,60): quae adhuc prodierunt (1—4. 8—11. 15—18. 23. 24. 30. 31. 32. 37), repraesentant fere regiones III. IV. V. VI. VII et partem septentrionalem regionis IX (a porta Flaminia ad thermas Neronianas).

utramque autem delineare voluimus ea accuratione, ut novissimis inventis et disquisitionibus respondeant. Cum vero recentis urbis ichnographia una cum antiqua proponatur, quaecumque post editas tabulas nostras nova reperientur, facili negotio inserentur ab eis quibus haec studia cordi sunt.

Laborem coniuncta opera aggressi ita perfecimus, ut ex editoribus alter Romae degens tabulas I et II adumbraret, alter deinde additis et correctis quae ex re viderentur Berolini tabulas in eam formam redigeret, quam vides. In tabula vero tertia, quae magis quam ceterae in effingendis aedificiorum antiquiorum ichnographiis versatur, periti architecti adiumento carere non potuimus; eam tabulam Romae moderante Huelseno delineavit Carolus Vincentius Rauscher architectus, cuius gnavam operam saepius iam experti sunt qui Romanae topographiae student.

Aedificia recentia in tab. I et II delineavimus secundum formam publica auctoritate editam Romae a. 1891 (*Pianta di Roma publicata dall' Instituto Cartografico Italiano col patrocinio del Comune di Roma;* sunt folia quattuor modulo 1 : 6000), quae licet mediocri artificio confecta sit, tamen eo nomine ceteris praestat, quod modulo satis magno partes urbis recens exaedificatas repraesentat. Numeros quibus altitudo locorum supra mare significatur, partim adscivimus ex mappis editis ab eis qui rei militari praesunt*) partim ex libro Petri Narducci**) partim ex forma Lancianii, ad metra integra numeros usquequaque redigentes.

In describenda tabula tertia beneficio Alexandri Viviani v. c. uti nobis licuit forma iussu municipii exarata sed in publicum non edita, quae ichnographiam olim a censitoribus urbanis confectam *(pianta del censo)* usque ad nostra tempora explet et emendat: urbem ea repraesentat ad modulum 1 : 2000. Numeros altitudinum addidimus hic quoque ex mappis tam publicis quam Narduccianis (nam tabulae a Lanciano editae ad hanc regionem vix perveniunt), adhibitis hic illic etiam dimensurationibus architectorum, Thonii potissimum qui montis Palatini hypsometriam satis accurate repraesentavit. Contra caute utendum esse numeris quibus Jordanus hypsometriam tam urbis universae (vol. I, 1 p. 132—135) quam Fori Romani (ib. I, 2 p. 166 sq.) illustravit, usus docuit.

In signandis aedificiorum antiquorum vestigiis in tabula I et II pro fundamento habuimus, ut par erat, Lancianii formam: contra in tabula tertia, quae complectitur regionem a Lancianio nondum descriptam, ex ichnographiis singulorum aedificiorum a peritis architectis delineatorum optimas quasque selegimus easque formae recenti (1 : 2000), cuius modo mentionem fecimus, accommodavimus. Velut Fori Romani formae delineatae a Caristio (1811), Fea et Angelinio (1838), Dutertio (1876), Palatini a Thonio (1828), Zangolinio (apud Lancianium et Viscontium *guita del Palatino*, 1873) Deglanio (1888) in usum vocatae sunt: ceteras singillatim hic enumerare non attinet, cum in Nomenclatore mentionem earum fecerimus. Aegre ferimus quod formae duae praestantes in usum vocari non potuerunt, altera Fori Romani a Cicconettio ante aliquot annos delineata, sed nescio quam ob causam nunquam in publicum edita***), altera aedificiorum Palatinorum iussu curatorum rei litterariae maximo modulo (1 : 500) a Giammitio peritissime delineata, quam mox in publicum editum iri speramus. Utriusque

---

*) *Carta dello Stato Maggiore, foglio,* 149 IV SO mod. 1 : 25,000; praesto fuit etiam tabula publici iuris non facta mod. 1 : 10,000).

**) *La fognatura della città di Roma.* Romae 1889, 4^{0}: accedunt tabulae quindecim fol. Multorum locorum altitudinem in mappa adiecta, plurium etiam in elencho (*testo* p. 72—117) ad centimetrum usque signatas reperies. Altitudines eae non referuntur ad aequor maris, sed ad hydrometrum Ripettae, cuius ima linea supra mare elata est m. 0,971 (secundum Betocchium in *Monografia della città di Roma* I, 204).

***) *Pianta del Foro Romano con le più recenti scoperte fino all' Aprile* MDCCCLXXXIV. Est folium singulare magnum (m. 0,55 × 0,80) heliographice exscriptum: exemplum nuper inlatum est in Bibliothecam Instituti Archaeologici.

enim copia nobis tum demum facta est, cum tabula tertia operis tradita et iam fere absoluta fuit, ita ut ad corrigendos tantum et emendandos aliquot locos eas adhibere potuerimus.

Modulus tabularum I et II nimis exiguus est quam ut aedificiorum rudera ea accuratione delineari potuerint, quam architecti desiderant: sed cum eius regionis quae praeter ceteras et celebris est et effossionibus temptata, Forum Romanum dico et Fora Caesarum et montem Palatinum, imaginem modulo maiore exaratam tabula tertia exhibeat, praeterea autem thermarum aedificia pleraque, ad quae tabula tertia non pervenit, modulo maiore delineata sint in margine tabulae secundae, speramus fore ut aequis iudicibus hoc quoque nomine satis fecerimus. Quicumque autem plane his studiis se dederit, faceri non poterit quin Lancianii tabulas et Caninae volumina et quae praeterea ab architectis magno modulo delineata sunt adhibeat.

Nomina locorum recepimus quotquot licuit propter spatii angustias. Id unum monemus, in signandis nominibus domorum privatarum, quorum ingentem numerum Lancianii tabulae continent, consulto parciores nos fuisse. Pleraeque enim indicationes illae nituntur testimonio fistularum plumbearum inscriptarum, quod caute omnino adhibendum est (v. quae exposuit Huelsen *Rhein. Mus.* 1894 p. 384 sq.).

Fines Septimontii peculiari imaguncula in margine tabulae primae adumbravimus: accurate enim eos constituere nemo peritus spondebit. Limites regionum ab Augusto institutarum nuper accurate describere conatus est Lancianius (*ricerche sulle XIV regioni urbane, Bull. comun.* 1890 p. 115—137 cum tab. IX et X); et satis quidem constat de eis quibus intra pomerium regiones separantur (pauca mutavimus secundum ea quae exposuit Huelsen *Roem. Mitth.* 1891, 83. 1892, 307; Rhein. Mus. 1894, 422), multo minus de finibus exteris urbis. Nam quod vulgo ponitur, eos congruere cum muris Aureliani quippe qui exstructi sint in ipso pomerio antiquiore quod aedificiis vacaverit, nequaquam verum esse inquirentibus facile patebit. Moenium enim circuitus situi ac naturae locorum accommodandus fuit, cuius rationem fines externi regionum multo minus habuerunt. Ea diversitas maxime perspicua est in regione prima, cui notitia Constantini aetate conscripta attribuit tam *templum Martis* situm extra portam Appiam passus fere ducentos, quam *flumen Almonis* duplo intervallo ab urbis moenibus fluens. — Regionem septimam versus septentrionem pertinuisse ultra moenia Aureliani, quae sequuntur marginem collis hortorum, inde probatur quod termini duo pomerii, alter Vespasiani XXXI in meridionali parte hortorum Borghesiorum, alter Claudii in vinea Naria extra portam Salariam, item ara posita a *magistris vici Minervi regionis septimae* in villa Pelucchia extra portam Pincianam reperta sunt. — Regionis quintae limites meridiem versus minime congruere cum linea recta illa, quam Aurelianus ab amphitheatro castrensi ad fornices aquarum Marciae et Claudiae duxit, comprobatur effossionibus nuper iuxta ipsa moenia institutis*). Sed quaestio difficillima de finibus urbis regionum quattuordecim ante Aureliani aetatem hoc loco tractari nequit, eaque num unquam ad liquidum perduci possit, valde dubium est . . . . .

Indicibus tam nominum recentiorum quam antiquorum formas eiusmodi carere non posse consentaneum est: sed operis nostri condicio ea est, ut subsistere noluerimus in enumerandis nominibus eis quae in tabulis nostris signata

---

*) Cf. Lanciani *l'itinerario di Einsiedeln* p. 59 (*Mon. dei Lincei* I p. 491): *in questi ultimi tempi, spurgandosi sino al piano antico il piede delle mura della città, fra le porte di S. Giovanni e Maggiore, sono tornati in luce avanzi di grandiose costruzioni variane* (aedificiorum scilicet quae creduntur pertinuisse ad hortos Varianos) *troncate della mura stesse. Avendoli delineati in corrispondenza con quelli già noti, fui sorpreso di riconoscere come essi servano ai perfetto 'trait d' union' fra i due gruppi di fabbrica entro e fuori le mura, di modo che se ne ottiene ora un gruppo solo grandissimo, e paragonabile nella lunghezza e nella potenza dei pareti alle più nobili ville del nostro territorio.*

sunt. Non pauca enim, ut diximus, propter spatii angustias inviti omisimus; alia signare noluimus eam ob causam, quod de situ in universum satis constat, neque tamen locus ea accuratione quam in forma desideres, indicari potest. Itaque commodo lectorum nos inservituros esse speramus congestis universis nominibus locorum Urbis Romae quae ex antiquorum scriptorum et titulorum testimoniis innotuerunt. Unde evasit Nomenclator topographicus, quem habes in paginis 1—102 Huelseni opera confectum. Erunt qui reprehendent quod nimis multa recepimus exigui momenti nomina; aliis fortasse parciores videbimur fuisse in eligendis nominibus ad res sacras potissimum spectantibus. Neque tamen aras omnes vel statuas quarum mentio fit recensere nobis propositum fuit, sed eas tantum, quae locis publicis, non in aedibus vel templis positae erant; neque ex sacrificiorum nota unaquaque in hemerologiis servata sacelli vel arae nomen effingendum esse credimus. Testimonia antiqua praeter pauca nomina celeberrima — nam locos omnes quibus Fori vel Comitii vel Capitolii mentio fit, eiusmodi indici inserere et molestum est et inutile — omnia enumeravimus: ea enim est paucitas testimoniorum, ut id sine molestia perfici potuerit. — Ad vias publicas quae ab urbe ordiuntur neque testimonia antiqua neque opera recentia in hoc indice adscribi nemo peritus mirabitur. Sufficit hoc loco ad ea revocare quae disseruerunt Westphal (*die römische Kampagne in topographischer und antiquarischer Hinsicht* Berolini 1829. 4), Nibby (*analisi storico-topografico-antiquaria della carta dei dintorni di Roma;* ed. 2, Romae 1849, 3 vol. 8; praesertim vol. III p. 492—647 s. v. *vie*), Canina (*edifizi di Roma antica* vol. V. VI). . . . . De copia vero ingenti scriptorum recentiorum pauca seligenda erant, ne nimia mole opus ipsum periret. Citavimus igitur eos praecipue libros, ex quibus pleniorem apparatum commode desumas. . . . .

Dabamus Berolini et Romae m. Aprili a. 1896.

H. Kiepert.
Ch. Huelsen.

Praefatio editionis secvndae.

Cum post annos quattuordecim elapsos primae editionis exemplaria divendita esse nuntiaret bibliopola honestissimus, Formas Urbis et Nomenclatorem Topographicum iterum coniuncta opera recensere aggressi sumus. Qui prioris editionis curam praecipuam egerat, Henricus Kiepert vir venerandus, postquam litteris et amicis exacta aetate, sed nobis immaturo ereptus est, in eius locum successit Ricardus filius, quo moderante tabulae omnes recognitae et magna ex parte refectae sunt.

Ad curandam novam editionem multa et egregia subsidia accesserunt: Lancianii Forma, cuius vix dimidiam partem in usum vocare potuimus, cum editionem priorem curaremus, nunc ad finem perducta est. Ad delineanda vero novae Urbis aedificia valde utilis est forma magni moduli nuper publica auctoritate edita, quae tam vicos qui nunc sunt quam eos qui proximis annis exaedificabuntur describit*). Eam ita adhibuimus, ut corrigeremus quae his ultimis quindecim annis mutata sunt, item reciperemus ea quae propediem certo mutabuntur. Ex eis aedificationibus quae nunc ne incohatae quidem sunt, consulto paucas recepimus: talia enim post multos annos mutata saepe ratione perfici usus edocuit. Numeri quibus altitudo locorum supra mare significatur, in priore editione ex compluribus auctoribus desumere debuimus: eos diligenter cum formis duabus modo laudatis contulimus et ubi ex re visum est correximus. Novos numeros paucos recepimus, eo consilio ne perspicuitas imaginum nimis offuscaretur. Omnino si quis de figuratione soli Romani exacte disquirere volet, facere non poterit quin adeat formas illas maiores, qui talibus indicationibus abundant.

In editione priore totam urbem duabus tantum imaginibus descripseramus, quarum prior ad liberae reipublicae, altera ad imperatorum tempora pertineret. Ad secundam vero, in qua aedificia multo plura depingenda erant quam in tabula prima, his ultimis annis tam multa accesserant, ut saepe non sine molestia inseri posse viderentur. Deinde cum imperatorum aetatem protulissemus ad sextum p. Chr. saeculum vel adeo septimum incipiens, iure reprehendi potuimus, quod inter antiqua monumenta receperamus columnam Focae, inter recentia posueramus basilicam S. Mariae Maioris tribus saeculis antiquiorem. Quapropter ex re visum est, in hac nova editione pro secunda illa tabula duas substituere, quarum altera in repraesentanda Urbe subsisteret ad Diocletiani aetatem, altera complecteretur saecula a quarto ad septimum incipiens. Ita non solum in tabulis Urbis una cum aedificiis Romanis antiquissima quae ad cultum

*) operi inscriptum est: *Piano Regolatore e di Ampliamento della Città di Roma. Edizione ufficiale. (Rilievo dell' Istituto geografico militare 1907—1908. Pubblicazione eseguita per conto del Comune di Roma. 1909.)* Prostat duabus editionibus, quarum altera modulo 1 : 5000 exarata senis foliis maximis (cm. 65 × 90) constat, altera modulo 1 : 10000 quaternis.

Christianum spectant recipere potuimus, sed etiam aucto spatio in marginibus tabularum addidimus imagunculas quattuor, quarum una pertinet ad liberae reipublicae tempora (Opera Pompei cum thermis Agrippae), tres ad aetatem sequiorem (Thermae Constantini cum templo Serapidis, Regio Vaticana, Fines regionum ecclesiasticarum). Ita duplicato numero imaguncularum id quod desideratum erat a multis, scilicet ut praestantissimorum aedificiorum ichnographiae modulo satis magno repraesentarentur, multo melius quam in priore editione perfectum esse confidemus.

Ad recognoscendam tabulam quartam (quae tertia erat in editione priore) praeter Formam Lancianii accesserunt ichnographiae complures locorum insignium magno modulo descriptae, praesertim Fori Romani, quae edita est in ephemeride *Notizie degli scavi* 1900 p. 224 (vide quae de ea notavit Huelsenus *Röm. Mitteilungen* 1902 p. 7), et altera longe praestantior aedificiorum Palatinorum, quae perfecta est moderantibus V. Reina et U. Barbieri vv. dd. et edita in eadem ephemeride a. 1904 ad p. 43. Aegre tulimus quod forma ab eisdem viris doctis nuperrime (a. 1911: cf. Huelsen *Geogr. Jahrbuch* XXXIV p. 198) edita, cui inscriptum est: Media pars Urbis (sunt folia 14 modulo 1:500 exarata) sero ad nos pervenit, ita ut raro tantum eam in usum vocare potuerimus. Quae praeterea ad delineanda singula aedificia adhibita sint ex Nomenclatore Topographico facile apparebit.

De singulis rebus quae in tabulis hisce novas exhibuimus in hac praefatione disputari non posse consentaneum est. Unum tantum addo, quod pertinet ad fines regionum ecclesiasticarum. De quaestione ea ancipite sane et difficili refutatis quae olim coniecerant Jordanus (*Topographie* II, 315—328) et Camillus Re (*Studj e Documenti di Storia e diritto* vol. X, 1889, p. 349sq.), optime disseruit Ludovicus Duchesne v. d. (in ephemeride *Mélanges de l'École Francaise de Rome* vol. X, 1890 p. 126—149). Sed post Duchesnii dissertationem non pauca testimonia accesserunt patefactis ecclesiarum Romanarum tabulariis gnava opera Ernesti Monaci et discipulorum eius, qui documenta permulta publici iuris fecerunt in ephemeride *Archivio della Società romana di Storia Patria**). Ea testimonia sedulo expendimus ad constituendam imagunculam in margine tabulae tertiae depictam: quam multa nesciamus, ex ea ipsa imaguncula apparebit, ubi de tota regione Circi Maximi (quae undecima fuit inter regiones ab Augusto constitutas) nihil certi statui potuit, cum ne de una quidem ecclesia intra eius fines sita constet, cuinam regioni ecclesiasticae per saecula V ad X attributa fuerit. Sed continuatis laboribus, et novis documentis in lucem prolatis multo certius de talibus quaestionibus iudicari sine dubio poterit; velut de limitibus regionis quintae certiora nuperrime edocti sumus testimonio singulari quod publici iuris factum est a Paulo Fridolino Kehr v. c.**) Totam vero de limitibus

---

*) ex editionibus his, quae permulta eaque utilia continent non solum ad topographiam Urbis mediae q. d. aetatis, potiores hic recensere non pigebit, scilicet:

Tabularium S. Mariae Novae (ed. P. Fedele): *Archivio* XXIII (1900) 171 sq. XXIV (1901) 159 sq. XXV (1902) 169 sq. XXVI (1903) 22 sq.

Tabularium S. Praxedis (ed. Fedele): *Archivio* XXVII (1904) 27 sq. XXXVIII (1905) 41 sq.

Regestum S. Silvestris in Capite (ed. Federici): *Archivio* XXII (1899) 213 sq. 490 sq. XXIII (1900) 68 sq. 412 sq.

Documenta antiquiora Tabularii S. Petri in Vaticano (ed. Schiaparelli): *Archivio* XXIV (1901) 393 sq. XXV (1902) 273 sq.

Tabularium S. Cosmae et Damiani in Mica Aurea (ed. Fedele): *Archivio* XXI (1898) 459 sq. XXII (1899) 25 sq. 383 sq.

Quibus laboribus si accenseas Regestum Farfense editum iubente eadem Societate cura Augusti Balzanii, iam collectionibus antiquioribus quas in usum vocaverunt Jordanus Gregorovius alii, velut Coppii Galletti Marinii Mittarellii Nerinii, iusto carere possumus vel adeo debemus.

**) dico documentum a. 1104 a Kehrio Parmae repertum ubi mentio fit Ecclesiae S. Mariae de Canella et Vici Caprarii siti regione quinta (cf. infra p. 146).

regionum qui fuerunt medio q. d. aevo quaestionem spero fore ut alio loco fusius pertractare possim.

Mutatis hoc modo tabulis nostris fieri non potuit quin Nomenclatoris quoque ratio multis modis mutaretur. Nomina monumentorum ad cultum Christianum spectantia, quae reliquis non sine molestia inseri posse videbantur, singulari capite proposui. Porro in priore editione monumenta cultus pagani disposita erant non secundum nomina deorum, sed secundum vocabula *aedes, aedicula, ara, sacellum, templum* et similia: qua re saepius molestia afferebatur eis qui libro nostro utebantur. Nam cum in talibus vocabulis non raro differant inter se auctores antiqui, nonnunquam monumenta eadem a nobis in priore editione binis locis laudata erant, vel adeo vocabulo non suo proposita. Itaque obtemperavi amicis monentibus, ut aedificia omnia ad cultum deorum spectantia suo capite proponerem, eaque revocarem ad ordinem numinum quibus singula dedicata erant. Ubi vocabula varia eidem monumento a diversis auctoribus apponuntur, ea testimonia composui: eum recensum licet sciam non plenum esse, tamen non inutilem fore spero si quis de nominibus locorum sacrorum apud Romanos disquirere volet. Haec enim quaestio, quae sane non exigui momenti est ad rerum sacrarum condicionem cognoscendam, a viris doctis strenue quidem incohata sed nequaquam ad finem pertractata est*).

Additamentum aliud quod in nova editione accessit, item non iniucundum erit iis qui hoc libro utentur, scilicet Romanorum nominum formae Graecae, quas addidi ubi ex re visum est (nam ex. gr. domum Ciceronis Graece dici Κικέρωνος οἰκίαν expressis verbis monere supervacaneum videtur). Sed hic quoque spatii rationem habere debui, ideoque non pauca quae dubiae lectionis vel interpretationis sunt consulto omisi.

Ex libris recentibus in editione priore laudatis citavi in hac quoque continuo Jordani topographiam, cuius ultimum volumen ante hos quinque annos mea opera in lucem editum est. Contra quae in priore editione laudavi ubi Jordani volumina deficiebant, Beckeri astygraphiam, Descriptionem Urbis moderante Bunseno editam, topographiam Ottonis Gilberti, in hac editione non repetivi. Enchiridia quoque qualia conscripserunt lingua Germanica Otto Richter, Anglica Samuel Ball Platner**) docta sane et utilia, sed suis indicibus instructa, raro citavi, et ibi potissimum ubi aliquid novi et alibi publici iuris nondum facti continent. Sedulo denique curavi, ut quae post editum ultimum volumen topographiae Jordanianae accesserunt, suis locis indicarem: eorum brevem recensum dedi in ephemeride quae inscribitur *Geographisches Jahrbuch* (vol. XXXIV, Gothae 1911, p. 189—218). Ad volumina ab ipso Jordano edita ante hos viginti vel adeo triginta annos saepe tam multa addenda fuissent, ut spatium nobis concessum excederent: praesertim de Foro Romano, quod his ultimis annis latius atque profundius quam unquam antea factum erat exploratum est egregia potissimum Jacobi Boni opera, commentationes tam multae publici iuris factae sunt, ut singulatim recensendis spatium omnino non sufficeret. Revocavi igitur ad duos potissimum libros, ex quibus facile notitiam pleniorem desumas, Thédenatii qui inscribitur *Le Forum Romain et les Forums Impériaux*, et meum *Das Forum Romanum* (v. infra p. XIV. XV).

Testimonia in capite secundo composita ad auctores alios plerumque redeunt quam capita primum et tertium, et ea est condicio fontium ex quibus hauriendum erat, ut longe difficilius sit vocabula eorum coarctare in modum Nomenclatoris: tamen commodo lectoris vel sic satisfactum esse spero. Ex libris recentioribus

---

*) cf. Jordan *Hermes* XIV, 567 sq.; Aust *de aedibus sacris populi Romani* (Diss. Marpurg. 1889); Wissowa *Religion der Römer* 399 sq.

**) Richteri Topographia iterum edita est a. 1901 (Iwan Mueller *Handbuch der klass. Altertumswissenschaft* vol. II pars 3 sect. 2); Platneri liber *The Topography and Monuments of Ancient Rome* iterum prodiit Bostoni a. 1911.

continuo citavi Armellinii volumen de ecclesiis urbanis, numeros vero apposui editionis utriusque, cum auctor satis neglegens meliora nonnunquam habeat in priore quam in secunda. Longe praestantiora invenies in volumine primo Italiae Pontificiae a Paulo F. Kehr nuper editae, ex quo librorum qui de ecclesiis Romanis agunt tam editorum quam manu scriptorum exactissimam notitiam facili negotio desumes.

Scripta tam antiquorum quam recentium auctorum titulis breviatis fere semper citanda erant: et quanquam sic quoque pleraque perspicua per se erunt, tamen eorum quae saepius citantur laterculum componere ne in hac quidem editione supersedimus, eis fortasse qui tirocinium in hisce studiis ponunt non inutilem.

AVCTORES ROMANI ET CHRISTIANI.

AASS. = Acta Sanctorum quotquot toto orbe coluntur, coll. dig. Jo. Bollandus al. Antverpiae et Bruxellis 1643—1910. 66 vol. fol.

Chronographus a. 354 citatur secundum editionem iteratam Mommseni (Monumenta Germaniae auct. antiquiss. vol. IX Berolini 1892 p. 143—148).

Collectio Avellana citatur ad editionem O. Guentheri (Corpus scriptorum ecclesiasticorum - Academiae Vindobonensis vol. XXXV).

Descriptionem murorum Honorianam diximus eam quam Jordanus ex codice Einsidlensi edidit *Topogr.* II p. 578—580 et coniecturae Ammoni geometrae attribuit.

Festus de verborum significatione cum Pauli epitome citantur ad paginas editionis Muellerianae

Liber Pontificalis adhibitus est secundum editiones L. Duchesnii *(Le L. P. Texte, introduction et commentaire* Parisiis 1886. 2 vol. 4) et Th. Mommseni (Monumenta Germaniae. Gesta Pontificum Romanorum vol. I Berolini 1898. 4.)

Martyrologium Hieronymianum citatur ad editionem a J. B. de Rossio et L. Duchesnio curatam (in AASS. Novembr. vol. II).

Notitiam (et Curiosum) urbis Romae saeculo quarto conscriptam citavimus secundam editionem Jordani *Topogr.* II, 539 – 574, quippe quae parabilior sit et in plurium manibus quam altera postea edita et quibusdam locis emendata in prolegomenis ad formam urbis Romae p. 49—54. Notit. append. dicitur nobis appendix prior titulo carens p. 565—571, Notit. breviar. appendix altera ib. p. 571—574.

Placidi glossae citantur ad paginam editionis a Deuerlingio curatam (Lipsiae 1875) adiectis paginis editzionis Goetzianae (in volumine quinto Corporis Glossariorum Latinorum).

Polemii Silvii laterculum citavimus ad paginas editionis Mommsenianae secundae (Monumento Germaniae. Auctores antiquissimi IX p. 511—551).

Symmachi epistulae citantur ad editionem Ottonis Seeck (Monumenta Germaniae Auctores antiquissimi Tom. VI, 1) Berolini 1883. 4.

Synodorum Romae a. 499 et 501 habitarum acta edita sunt a Mommseno in calce Variarum Cassiodorii p. 399—437 (Monum. German. Auctores antiquissimi vol. XII), acta synodi a. 595 ab Ewaldo et Traubio (Registrum Gregorii I lib. V n. 57 a).

Varronis libros de lingua latina citavimus ad paragraphos editionis Spengelianae secundae (Berolini 1885).

INSCRIPTIONES.

CIL = Corpus inscriptionum Latinarum con silio et auctoritate Academiae regiae Berolinensis editum. Berolini 1863 sq. fol. [Voluminis VI, quod complectitur inscriptiones urbis Romae, pars prima (n. 1—3925) edita est a. 1876, secunda (n. 3926—15126) a. 1882, tertia (n. 15127—24320) a. 1886, quartae fasciculus prior (n. 24321—30681 a. 1895, fasciculus posterior (n. 30682—36745) a. 1902, quinta (inscriptiones falsae n. 1*—3643*) a. 1885.]

Ephemeris epigraphica Corporis inscriptionum Latinarum supplementum, edita iussa Instituti archaeologici Romani. Vol. I—IX, 3. Berolini 1872—1910.

J. B. de Rossi, Inscriptiones christianae urbis Romae septimo saeculo antiquiores. Vol. I. II, 1. Romae 1861—1888 fol.

Kaibel IGI = Inscriptiones Graecae Siciliae et Italiae. Berolini 1890. fol. [Nunc inter Inscriptiones Graecas iussu Academiae Berolinensis editas vol. XIV].

Bas. Capit. dicitur basis a magistris vicorum regionum I. X. XII. XIII. XIV Hadriano dicata a. 136 (CIL. VI, 975): citavimus ad apographum Jordani editum *Topogr.* II p. 585—587.

Hemerologia anni Juliani recognita sunt a Mommseno secundis curis in Corporis Inscriptionum vol. I ed. altera (Berolini 1893.) p. 203—339.

FUR = Forma urbis Romae regionum XIV. Edidit H. Jordan. Berolini 1874. fol.

NVMMI.

In citandis numis adhibuimus potissimum libros Coheni nuper iterum recognitos (*Monnaies de la république romaine . . . par* E. Babelon. Parisiis 1885—1886 2 vol. 8; *Monnaies frappées sous l'empire* Parisiis 1880—1892. 8 vol. 8°).

LIBRI RECENTIORES.

Numerus nude positus ad paginas remittit.

W. Altmann, Die italischen Rundbauten. Berlin 1906. 8.

De Angelis *Relazione* = *Ufficio tecnico per la conservazione dei monumenti di Roma* etc. *Relazione dei lavori eseguiti dall' Ufficio nel quadriennio 1899—1902.* Romae 1903. 8.

M. Armellini, *Le chiese di Roma dalle loro origini sino al secolo XVI.* Roma 1887. 8 Editio altera prodiit a. 1891 titulo paulum mutato: *Le chiese di Roma dal sec. IV al XIX.*

H. Babucke, *Geschichte des Kolosseums* (*Beilage zum Osterprogramm des Altstädtischen Gymnasiums zu Königsberg i. Pr.*) Regiomonti 1899. 8.

M. Besnier, *L'Ile Tibérine dans l'antiquité. (Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome* fasc. LXXXVII*).* Parisiis 1902. 8.

M. Borgatti, *Castel S. Angelo in Roma. Storia e descrizione* (seorsum expressa ex ephemeride *Rivista di Artiglieria e Genio*) Romae 1890. 8.

Bruns *Fontes* = *Fontes iuris Romani antiqui* ed. C. G. Bruns. Ed. VII cura Ottonis Gradenwitz. Friburgi 1908. 8.

E. Caetani-Lovatelli, *Nuova Miscellanea archeologica.* Romae 1894. 8.

E. Caetani-Lovatelli, *Passeggiate nella Roma Antica.* Romae 1909. 8.

Fr. Cancellieri, De secretariis basilicae Vaticanae veteris ac novae. Romae 1786. 4 vol. 4.

L. Canina, *gli edifizi di Roma antica.* Vol. 6 fol. max. (I. III. V *testo,* II. IV. VI *tavole*) Romae 1848—1856.

C. Cichorius, *Die Reliefs der Trajanssäule herausgegeben und historisch erklärt.* Berolini 1896—1900. 2 vol. 8, 2 vol. fol.

Comm. Mommsen. = Commentationes philologae in honorem Theodori Mommseni scripserunt amici. Berolini 1877. 4.

Corolla numismatica. *Numismatic essays in honour of Barclay V. Head.* Oxonii 1906. 4.

F. Cumont, *Textes et monuments figurés relatifs aux mystères de Mithra.* Bruxellis 1896—1899. 2 vol. 4.

R. Delbrueck, *(Das Capitol von Signia). Der Apollotempel auf dem Marsfelde in Rom.* Romae 1903. 4.

R. Delbrueck, *Hellenistische Bauten in Latium* I. *Baubeschreibungen.* Argentorati 1907. 4.

E. B. van Deman, *The Atrium Vestae.* Washington 1909. 8. *(Carnegie Institution of Washington; Publication n. 108).*

T. L. Donaldson, Architectura numismatica. Londinii 1859. 8.

A. Elter, *Cremera und Porta Carmentalis.* I. Progr. Universitatis Bonnensis. 1910. 4.

Festschrift für H. Kiepert = *Beiträge zur alten Geschichte und Geographie. Heinrich Kiepert zur Vollendung seines 80. Lebensjahres dargebracht.* Berolini 1898. 8.

Festschrift für F. Wickhoff = *Beiträge zur Kunstgeschichte. F. W. gewidmet von einem Kreise von Freunden und Schülern.* Vindobonae 1903. 4.

A. Furtwängler, *Intermezzi. Kunstgeschichtliche Studien.* Lipsiae et Berolini 1896. 4.

O. Gilbert *Geschichte und Topographie der Stadt Rom im Altertum.* 3 vol. Lipsiae 1883—1890. 8.

G. B. Giovenale, *La basilica di S. Maria in Cosmedin* (ex ephemeride *Annuario dell' Associazione artistica fra i cultori di architettura* seorsum expressum). Romae 1893. 4.

H. Grisar, Analecta Romana. *Dissertazioni testi monumenti riguardanti principalmente la storia di Roma e dei Papi nel medio evo.* Vol. I. Romae 1899. 4.

H. Grisar, *Geschichte Roms und der Päpste im Mittelalter.* Vol. I. Friburgi 1901. 8.

W. de Grueneisen, *Sainte Mariae Antique.* Romae 1911. fol.

L. M. Hartmann, Ecclesiae S. Mariae in Via Lata tabularium. I. II. Vindobonae 1895. 1901. 4.

L. Homo, *Essai sur le règne de l'empereur Aurélien* (*Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome* fasc. LXXXIX). Parisiis 1904. 8.

Huelsen = *Topographie der Stadt Rom im Alterthum von H. Jordan. Erster Band, dritte Abtheilung bearbeitet von Ch. Huelsen* Berolini 1907. 8.

Ch. Huelsen, *Das Septizonium des Septimius Severus. 46. Winckelmannsprogramm der Archäologischen Gesellschaft zu Berlin.* Berolini 1886. 4.

Ch. Huelsen, *La pianta di Roma dell' Anonimo Einsidlense.* Romae 1907 (ex Dissertationibus Academiae Pontificiae ser. II tom. IX seorsum expressum). 4.

Ch. Huelsen, *Das Forum Romanum, seine Geschichte und seine Denkmäler.* Ed. 2 Romae 1905. 8.

Ch. Huelsen, *Das Forum Romanum. Nachtrag. Die neuesten Ausgrabungen auf dem Forum Romanum.* Romae 1910. 8.

Ch. Huelsen, *Die Thermen des Agrippa. Ein Beitrag zur Topographie des Marsfeldes in Rom.* Romae 1910. 8.

Huelsen-Iwanoff = *Architektonische Studien von S. A. Iwanoff. Heft III. Aus den Thermen des Caracalla. Mit Erläuterungen von Ch. Huelsen.* Berolini 1893. 4. et fol. max.

Jordan = H. Jordan, *Topographie der Stadt Rom im Alterthum.* I, 1. 2. II. Berolini 1871—1885. 8.

Kehr = P. F. Kehr, Italia Pontificia, sive repertorium privilegiorum et litterarum a Romanis pontificibus ante annum MCLXXXXVIII Italiae ecclesiis etc. concessorum. Vol. I. Roma. Berolini 1906. 8.

F. X. Kraus, Roma sotterranea. *Die römischen Katakomben.* Ed. 2. Friburgi 1879. 8.

Lanciani *acque* = *Topografia di Roma antica; i comentarii di Frontino intorno le acque e gli aquedotti; silloge epigrafica aquaria.* Romae 1880. 4.

R. Lanciani, *ancient Rome in the light of modern discoveries.* Londinii 1888. 8.

R. Lanciani, *pagan and christian Rome.* Londinii 1892. 8.

R. Lanciani, Forma urbis Romae. Mediolani 1893—1901. fol. max. Cf. p. V not.

Lanciani *R. and E.* = R. Lanciani, *The ruins and excavations of Ancient Rome.* Londinii 1897. 8.

R. Lanciani, *storia degli scavi di Roma e notizie intorno le collezioni romane di antichità.* Vol. I—III Romae 1902—1907. 4.

H. Lucas, *Zur Geschichte der Neptunsbasilica (Beilage zum Jahresbericht des Kgl. Kaiser-Wilhelm-Realgymnasiums).* Berolini 1904. 4.

A. Lumisden, *Remarks on the antiquities of Rome and its environs.* Ed. 2. Londinii 1812. 4.

G. M(archi), *Monumenti delle arti cristiane primitive nella metropoli del cristianesimo.* Romae 1844. 4.

Mélanges Boissier, à l'occasion de son 80. anniversaire. Parisiis 1903. 8.

A. Merlin, *L'Aventin dans l' antiquité.* Parisiis 1906. 8.

Miscellanea Ceriani. Raccolta di scritti originale per onorare la memoria di Mgr. A. M. Ceriani. Mediolani 1910. 8.

Mommsen RGDA = Res gestae Divi Augusti ex monumentis Ancyrano et Apolloniensi iterum edidit Th. Mommsen. Berolini 1883. 8 cum tab. XI. 4.

Mommsen *St. R.* = *Römisches Staatsrecht.* 3 vol. Berolini 1887—1888. 8^{0}.

P. Narducci *la fognatura della città di Roma.* Romae 1889. 4. V. p. VI. not.**

E. Pais, *Ancient legends of Roman history.* Novi Eboraci 1905. 8.

E. Petersen, *Trajans dakische Kriege nach dem Säulenrelief erzählt.* I. II Lipsiae 1899. 1903. 8.

E. Petersen, *Comitium Rostra Grab des Romulus* Romae 1904. 8.

G. Pinza, *Il Comizio romano nella età republicana ed i suoi monumenti* (ex ephemeride *Annali della Società degli Ingegneri e degli architetti italiani* seorsum expressum Romae 1905. 4.

Reber = *Die Ruinen Roms* von Dr. Franz Reber. Editio altera. Lipsiae 1879. 4.

Restaurations des monuments antiques par les architectes pensionnaires de l'Académie de France. Parisiis 1877—1890. 7 vol. fol. max.

J. P. Richter et A. C. Taylor, *The golden age of classic christian art.* Londini 1904. fol.

O. Richter, *Über antike Steinmetzzeichen. 45. Winckelmannsprogramm der archäologischen Gesellschaft zu Berlin.* Berolini 1885. 4.

O. Richter *Top.* = *Topographie der Stadt Rom.* Ed. 2. Monachi 1901. V. p. XI not.**

O. Richter, *Beiträge zur römischen Topographie.* I—IV. Berolini 1903—1910. 4.

E. Rodocanachi, *Le Capitole romain antique et moderne.* Parisiis 1904. 4. item Parisiis 1905. 8.

E. Rodocanachi, *Le Château St. Ange.* Parisiis 1909. 4.

Das Römisch-germanische Centralmuseum in bildlichen Darstellungen aus seinen Sammlungen. Vol. I—V. Mogontiaci 1889—1906. 4.

G. Rohault de Fleury, *Le Latran au moyen âge.* Parisiis 1877. 1 vol. 8, 1 vol. fol.

G. B. de Rossi *La Roma sotterranea cristiana descritta ed illustrata.* Tom. I—III Romae 1864—1877 fol. Vol. IV fasc. I Romae 1909. fol.

G. B. de Rossi, *Musaici cristiani e saggi dei pavimenti delle chiese di Roma anteriori al sec. XV.* Fasc. I—XXII. Romae 1873—1894. fol. max.

L. Rossini, *gli archi trionfali onorarii e funebri degli antichi Romani.* Romae 1836. fol. max.

H. Rueter, *Das Kapitol.* (Programma gymnasii Halberstadtiensis). Halberstadt 1898. 4.

Il Libro di Giuliano da Sangallo (Codice Vaticano Barberiniano latino 4424) con introduzione e note di C. Huelsen. Lipsiae 1910. 2 vol. fol.

Satura Viadrina. *Festschrift zum fünfundzwanzigjährigen Bestehen des philologischen Vereins zu Breslau.* Vratislaviae 1896. 8.

W. Schulze, *Zur Geschichte lateinischer Eigennamen (Abhandlungen der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philolog. historische Klasse N. F.* vol. V, 2), Berolini 1904. 4.

Strena Helbigiana. Sexagenario obtulerunt amici. Lipsiae. 1900. 4.

Mrs. A. Strong-Sellers, *Roman Sculpture from Augustus to Constantine.* Londini 1907. 8.

H. Thédenat, *Le Forum Romain et les Forums impériaux.* Ed. 4. Parisiis 1908. 8.

G. Tomassetti, *Della Campagna romana nel medio evo* (sunt commentationes seorsum expressae ex ephemeride *Archivio della Società romana di storia patria*).

vol. I. Via Appia Ardeatina Aurelia Cassia Claudia Flaminia (ex *Archiv.* vol. III—VII) Romae 1885.

vol. II, 1. Via Latina (ex *Archiv.* vol. VIII. IX) Romae 1886.

vol. II, 2. Via Nomentana et Salaria (ex *Archiv.* vol. XV). Romae 1892.

vol. III, 1. Via Ostiensis et Laurentina (ex *Archiv.* vol. XVII—XX). Romae 1897.

vol. III, 2. Via Portuensis (ex *Archiv.* vol. XXII—XXIII) Romae 1900.

vol. III, 3. Via Labicana et Praenestina (ex *Archiv.* vol. XXV—XXIX). Romae 1907.

vol. III, 4. Via Tiburtina (ex *Archiv.* vol. XXX). Romae 1907.

Editionis secundae volumen I prodiit Romae a. 1909, volumen II a. 1910.

I. Turzewitsch, Orbis in urbe (rossice scriptum) Nieschin 1902. 8. Cf. *Röm. Mitt.* 1904, 9.

G. Valadier, *Raccolta della più insigni fabbriche di Roma antica.* Romae 1810—1826. 5 fasc. fol. max.

Wissowa *RE.* = *Pauly's Realencyklopaedie der classischen Altertumswissenschaft. Neue Bearbeitung von G. Wissowa.* Vol. I—VI. Stuttgart 1894—1909. 8.

G. Wissowa, *Religion und Kultus der Römer.* (Iw. Muelleri *Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft* vol. V. part. 4) Monachi 1902. 8.

G. Wissowa, *Gesammelte Abhandlungen zur römischen Religion und Stadtgeschichte.* Monachi 1904. 8.

EPHEMERIDES ET SIMILIA.

Analecta Bollandiana. Tom. I—XXX. Bruxellis 1882—1911. 8.

Ann. Inst. = *Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica.* Romae 1829—1885. 8.

Annali della Società degl' Ingegneri e degli Architetti italiani. Roma 1904 sq. 4.

Nuova Antologia. Anno I—XLV. 1865—1910. Romae 8.

Archäologischer Anzeiger. Beiblatt zum Jahrbuch des Archäologischen Instituts. Berolini 1889—1911. 4.

Philologischer Anzeiger. (Als Ergänzung des Philologus herausgegeben). Gottingae 1869—1873. 8.

Archiv für Religionswissenschaft. Vol. I—XIV. Lipsiae 1897—1911. 8.

Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde. Vol. I—XXXVI. Hannoverae 1866—1911. 8.

Archivio della R. Società romana di storia patria. Vol. I—XXXIV. Romae 1878—1911.

Atti (Dissertazioni) della pontificia Accademia Romana di Archeologia Ser. I. 15 vol. 4. Romae 1821—1864. Ser. II. vol. 1—9 ibid. 1881—1907.

Atti del Congresso internazionale di scienze storiche (Roma, 1—9 aprile 1903). Vol. I. *(Parte generale)* Romae 1907. 8.

Bollettino d'arte del Ministero della P. Istruzione. Notizie delle Gallerie, dei Musei e dei Monumenti. Vol. I—V Romae 1907—1911. 4.

Bullettino di archeologia cristiana del Comm. G. B. de Rossi. Romae 1863—1895. 7 v. 4, 22 v. 8.

Nuovo Bullettino di Archeologia cristiana. Vol. I—XVII. Romae 1895—1911. 8.

Bull. com. = Bullettino della commissione archeologica communale (a. I—IV *della comm. arch. municipale) di Roma.* Vol. I—XXXIX 1872—1911.

Bull. Inst. = Bullettino dell' Instituto di corrispondenza archeologica. Romae 1829—1885. 8.

Classical Philology. A Quarterly Journal devoted to research in the languages litterature history and life of Classical Antiquity. Vol. I—VI. Chicago 1906—1911. 8.

Comptes-rendus de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres. Parisiis 1873—1911 8.

Antike Denkmäler herausgegeben vom K. D. Archäologischen Institut. Vol. I. 1886—1890. Vol. II 1891—1908. Berolini. fol. max.

Glotta. Vol. I—III. Vindobonae 1908—1910. 8.

Hermes. Zeitschrift für classische Philologie. Berolini 1866—1911. 46 vol. 8⁰.

Jahrbuch des K. D. Archäologischen Instituts. Vol. I—XXVI. Berolini 1886—1911. 4.

Jahrbücher des gemeinen deutschen Rechts herausg. von Bekker und Muther. 1858 ff.

Jahreshefte des Österreichischen Archäologischen Instituts. Vol. I—XIII. Vindobonae 1899 bis 1911.

The American Journal of Philology. Baltimore 1870—1911. Vol. I—XXXII. 8.

Journal of the British and American Archaeological Society of Rome. Vol. I 1884—1889. Vol. II 1890—1900. III 1901—1905. Vol. IV. 1906—1911; Romae 8.

Klio. *Beiträge zur alten Geschichte.* Vol. I—XI. Berolini 1899—1911. 8.

École française de Rome. Mélanges d' Archéologie et d'histoire. Vol. I—XXXI. Romae 1881—1911. 8.

Mem. dei Lincei = Memorie della classe di scienze morali, storiche e filologiche della R. Accademia dei Lincei. Ser. III. 13 vol. 4. Romae 1877—1884.

Röm. Mitt. = Mitteilungen des Kaiserlich Deutschen Archäologischen Instituts. Römische Abtheilung. Vol. I—XXVI. Romae 1886—1911.

Mnemosyne. N. S. vol. I—XXXIX. Luguduni Batavorum 1873—1911.

Mon. dei Lincei = Monumenti antichi pubblicati per cura della R. Accademia dei Lincei. Vol. I—XIX. Mediolani 1890—1910. fol.

Monuments Piot = Fondation Eugène Piot. Monuments et mémoires publiés par l'Académie des Inscriptions et Belles Lettres. Tom. I—XVII. Parisiis 1894—1910. fol.

Not. d. scavi = Notizie degli scavi di antichità communicate alla R. Accademia dei Lincei per ordine di S. E. il ministro della pubblica istruzione. Romae 1876—1911. 4.

Papers of the British School at Rome. Vol. I—V. Londinii 1902—1910. 4.

Römische Quartalschrift für christliche Altertumskunde und für Kirchengeschichte. Vol. I—XXV. Romae 1887—1911. 8.

Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken, herausgegeben vom K. Preuss. Historischen Institut in Rom. Vol. I—XIV. Romae 1898—1911. 8.

Rendiconti della R. Accademia dei Lincei. Classe di scienze morali storiche e filologiche. Ser. V. vol. I—XX. Romae 1892—1911. 8.

The Classical Review. Vol. I—XXV. Londini 1887—1911. 8.

Rivista di filologia e di istruzione classica. Vol. I—XXXIX. Augustae Taurinorum 1872—1911. 8.

Internationale Wochenschrift für Wissenschaft Kunst und Technik. Berolini 1903—1911. 4.

Zeitschrift für Geschichte der Architektur. Vol. I—IV. Heidelbergae 1908—1911. 4.

Archäologische Zeitung, herausgegeben vom K. D. Archäologischen Institut. 43 vol. 4. Berolini 1843—1885.

Zentralblatt für Bibliothekswesen. Vol. I—XXVIII. Halis 1884—1911.

Denique ex re visum est addere elenchum vocabulorum quorundam, quae notata sunt in editione priore, in hac consulto omissa:

Ed. I
p. 4 Aquae pensiles: Pictura antiqua ap. Bartolium vestig. vet. Romae p. 1 non ad Romam pertinet, sed ad Puteolos. V. Huelsen I, 3, 323 not. 1*a*.
p. 7 Arcus Gordiani III; cf. Huelsen I, 3, 391.
p. 19 Circus Hadriani; cf. Huelsen I, 3, 661 et infra p. 108 s. v. Naumachia Vaticana.
p. 32 Equirriorum Campus; cf. Huelsen I, 3, 476.
p. 39 Horti Domitiorum; id nomen apud Suetonium non traditur, mentio fit tantum »gentilis Domitiorum monumenti«.
p. 43 Ludus Hispanicus; nomen ad urbem non pertinet.
p. 53 Porta Belisaria; apud Procopium re vera legitur *πύλη ἡ Σαλαρία*.
p. 57 Porticus legum; nomen coniectura non iusta inlatum esse in titulum CIL. VI, 31959 iam constat reperto altero eiusdam lapidis fragmento (Gatti *not. degli scavi* 1897 p. 60). Cf. Huelsen I, 3, 306.
p. 57 Porticus Neptuni; v. supra ad v. Aquae pensiles.
p. 61 Sacellum Aequitatis; v. infra p. 16 s. v. Sacellum Indulgentiae.
p. 63 Sacellum Ditis Patris ad aedem Saturni; non Romae fuit, sed Cutiliae.
p. 66 Sacellum Valetudinis in Capitolio; re vera non fuit, cf. quae de loco Petron. sat. 88 notavit Wissowa *Rel. der Römer* 255 not. 2.
p. 69 Sepulcretum antiquissimum ad S. Mariae de Victoria; cf. Huelsen I, 3, 397. 398.
p. 71 Sigillaria; nomen appellativum potius est quam nomen loci.
p. 87 Templum Sacrae Urbis; cf. Huelsen I, 3, 6.
p. 87 Templum Salutis; locus Tacit. ann. XV, 74 ad Ferentinum pertinet.

Corrigendis plagulis in hac quoque editione laborem non exiguum impendimus: tamen menda complura irrepserunt, ut facile fit in opere quod totum fere ex nominibus et numeris compositum est; quaedam vocabula autem omissa erant schedis loco non suo positis. Itaque potiora quae emendanda essent composui paginis sequentibus, ubi indicatae sunt etiam commentationes aliquot his ultimis mensibus in lucem editae, dum opus nostrum prela exercet. Ceterum hanc quoque editionem lectoribus benevolis et aequis commendatam esse voluerim.

Dabam Florentiae mense Octobri MDCCCCXI.

Ch. Huelsen.

Addenda et corrigenda.

p.	15	*s. v.*	**Aedes Herculis Victoris (Invicti)**	Macrob. II, 6,10 fortasse ad Tibur pertinet.	Richter *Top.*[2] 188.
p.	15	*s. v.*	Hercules Sullanus *adde:*		Lanciani *stor. d. scavi* III, 161.
p.	20	*s. v.*	**T. Iovis Heliopolitani** *adde:*		Gatti *bull.comun.* 1911, 95.
p.	20	*scribe*	**Aedes** (templum VARRO apud Gellium II, 10, 1, XXV, 39, 17. epit. 98, FESTVS p. 274, LIVIVS I, 55, 1. 2. VII, 3, 8. PLIN. n. h. XXXV, 157 ALII) **Iovis Optimi Maximi Capitolini** (ναὸς sive ἱερὸν Διὸς Καπιτωλίου vel Καπιτωλίνου GRAECI)		
p.	22	*post*	Ara Iovis Vimini *insere:* Templum Iovis Ultoris (Romae?)		Bigot *bull. comun* 1911, 81—85: Huelsen *Geogr. Jahrb.* XXXIV, 206.
p.	26	*post*	Ara Matidiae *insere* Templum Matidiae in Campo	Inscr. tubi plumb. CIL. XV, 7248	Dressel *Corolla numismatica* 16—28.
p.	26	*post*	**Aedes Mercurii** *insere:* Templum Mercurii ab Antonino Pio extructum (Romae?)	Numus Cohen[2] *Marcus* 535.	W. Weber *Abh. der Heidelberger Akad.* 1910 n. 7.
p.	40	*s. v.*	**S. Cyriaci in thermis** *adde:*		Gatti *bull. comun.* 1911, 200.
p.	45	*s. v.*	**S. Erasmi** *adde:*		Lanciani *stor. d. scavi* III, 69 sq.
p.	51	*s. v.*	**Aqua Virgo** *adde:*		Pasqui *Not. d. scavi* 1910, 547.
p.	52	*s. v.*	**Arcus Constantini** *adde:*		M. Bieber *Röm. Mitt.* 1910, 214—237; Sieveking *Berl. philol. Wochenschrift* 1911, nr. 39.
p.	62	*post*	Bibliotheca Domus Tiberianae *insere:* Bibliotheca Panthei	Iulius Africanus *Oxyrrhynchus Papyri* III p. 39	

p. 65	*post*	Caput Africae *insere:*
		Caput Gorgonis II. III Og Notit reg. XIV. Huelsen *Röm. Mitt.* 1907, 250.
p. 84	*s. v.*	Domus palmata *scribe:* de Rossi *bull. comun* 1887, 63—66, 1889, 363.
p. 85	*post*	Domus Regis sacrorum *insere:*
		Domus L. Rosci Aeliani Paculi III Mt Inscr. tubi plumb. CIL. XV, 7523.
p. 89	*post*	Domus Vergili *insere:*
		Domus Viri Lupi Juliani Inscr. *bull. comun.* 1911, 202, cf. CIL. VI, 31774.
p. 96	*s. v.*	Horrea Agrippiana, Horrea Germaniciana *adde:* G. Schneider-Graziosi *bull. comun.* 1911. 158—172.
p. 96	*post*	Horrea chartaria *insere:*
		Horrea Faeniana Inscr. ap. Wilson *American Journal of Philology* 1909, 158.
p. 97	*s. v.*	Horrea Ummidiae *adde:* Gatti *bull. comun.* 1911. 120—128.
p. 107	*s. v.*	Murus Servi Tulli *adde:* Boni *not. d. scavi* 1910, 455—513.
p. 108	*s. v.*	Naumachia Vaticana *adde:* Gatti *bull. comun.* 1911, 204.
p. 115	*s. v.*	Pons Valentiniani *adde:* G. Dehn, *Röm. Mitt.* 1911, 238—259.
p. 118	*s. v.*	Porta Romana *adde:* Kretschmer *Glotta* I, 295.
p. 121	*s. v.*	Porticus Maximae *adde:* Gatti *bull. comun* 1911, 88.
p. 123	*s. v.*	Porticus Vipsania *adde:* Gatti *bull. comun* 1911, 86.
p. 126	*s. v.*	Saepta Iulia *adde:* Pasqui *Not. d. scavi* 1911, 36.
p. 129	*s. v.*	Sepulcretum antiquissimum ad Forum Romanum *adde:* Boni *Not. d. scavi* 1911, 157—190.
p. 140	*s. v.*	Thermae Diocletiani *adde:* C. Ricci *boll. d'arte* 1911, 347—361.

Litteris crassioribus in Nomenclatore signata sunt nomina locorum quae in tabulis inveniuntur.

Caput Primum.

MONVMENTA AD CVLTVM DEORVM SPECTANTIA.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Ara Accae Larentiae in Velabro		Cicero ad Brut. I, 15, 8.	Huelsen I, 3, 45.
Aedes (templum PLIN.) Aesculapii in insula	I. II, III Lk; IV JKe	Liv. X, 47,7. epit. 11. XLI, 22, 2. XLII, 24, 3. XLIII, 4; Dionys. V, 13; Ovid. met. XV, 739, fast. I, 290; Paulus ex Festo 110; Val. Max. I, 8, 2; Plin. XXIX, 16. 72; Sueton Aug. 29, Claud. 25; Plut. q. Rom. 94; Cass. Dio XLVII, 2; Auct. de vir. ill. 22, 1; Sidon. Apoll. ep. I, 7; hemerol. Praen. ad. k. Ian.; CIL. VI, 6. 7. 12. 30684. 30845. 30846; Kaibel IGI. 966.	Besnier *l'Ile Tibérine* 135—244; Huelsen I, 3, 633 sq.; Lanciani *stor. d. scavi* II, 249. III, 246.
Ara (sacellum LIV. 5, 32, templum ID. 5, 50. 52) Aii Locutii (Φήμης καὶ Κληδόνος ἱερόν PLVT.)		Cic. de div. I, 101. II, 69; Varro ap. Gell. XVI, 17; Liv. V, 32, 6. 50, 5. 52, 11; Plut. Camill. 14. 30, de fort. Rom. 5.	Huelsen I, 3, 46.
Ara Amicitiae		Tacit. ann. IV, 74.	
Templum Agrippae		Hist. Aug. vita Pii 8.	v. Pantheon.
Lucus Albionarum trans Tiberim		Paulus ex Festo 4.	Huelsen I, 3, 626.
Templum Antonini v. T. Divi Marci			

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
